

CONSILIA
DOCTORIS MARTÆ
NEAPOLITANI
IVRISCONSULTI VERIDICI
SUMMI PRACTICI.

IN QUIBVS OMNES CAUSÆ, QUÆ SVIS
temporibus in controuersiam vocatae fuerunt iudicio grauissimo definiuntur,

Et noua respondendi, & allegandi de iure Methodus exhibetur.

Opus

CUNCTIS TAM IN FORO VERSANTIBVS, QUAM IVRIS
Academijs profitentibus vtile, & necessarium.

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Quorum primus Materias, posterior verò Res, & Verba demonstrat.



AUGVSTÆ TAVRINORVM.

Apud HH. Io. Dominici Tarini, MDCXXVIII.
De licentia Superiorum.



OPVS AD LECTOREM:



*Q*UID mihi cum reliquis legalibus operibus, quæ non nisi præeuntibus defensoribus prodeunt? alienum hoc à mea conditione, nec à **DOCTORE MARTA** desideratum; Ipse enim tanquam magno, & excellenti ingenio vir non struendis opibus, aut cumulandis honoribus inharens, sed ad sapientiam alios excitans cui ipse deditus est incertum, sibi successorem mihi Patronum elegerat, dedicatorem tamen impeditus obferuentes bellorum tumultus transmittere; Ego verò nulli potentiori tutela, quam ipsi **VERIDICI** titulo commendari poteram; nam tanta est veritatis vis, ut contra hominum ingenia, calliditatem, & solertiam facile se per se ipsa defendat; imò etiam multis impugnantibus suscitetur, & crescat: quare & summa illa propugnacula (quorum in codicibus promulgandis nostra ætas sitibunda est) fugiens, quia & ipsa à veritate abhorrent, nec omnino soli vulgo confidens veritatem nonnunquam varijs etiam sermonibus dissipante; Te tantummodo lurisprudentia studiosum Lectorem, & vera disciplina amicum rogatum volui, ut me prædicto ornamento destitutum eadem humanitate qua in ceteros **DOCTORIS MARTÆ** sætus usus es, excipias, cum non minorem doctrinam, veritatemq; contineam, uti consueundo experiere.





CONSILIORVM DOCTORIS MARTÆ NEAPOLITANI. IVRISCONSULTI VERIDICI. Summi Practici.

CONSILIUM PRIMVM.

Spiritus Sancti gratia illuminet sensus, & corda nostra.

SVMARIA.

- 1 Edictum prohibens subditos habitare extra statum, sub pena confiscationis esse iniustum, & inhumanum, &c. 13. & 19.
- 2 Menochius in consil. 1176. volum. 2. reprobatur.
- 3 Doctori consulenti non licet variare sententiam, etiam alterato facto.
- 4 Civitas an possit facere statutum, ne quis vadat extra statum.
- 5 Originis locum esse immutabilem.
- 6 Curiales non debent deservire civitatem: & habitare tunc.
- 7 ... appellatur decuriones.
- 8 Subditi possunt compelli habitare in statu, ut subiant onera.
- 9 Principi parendum est, etiam iniusta precipienti.
- 10 Principis suprema potentia, in quibus versetur.
- 11 Forensis possunt prohiberi habitare statum, nisi semetipsos consignent.
- 12 Principi potest prohibere forensibus ingressum civitatis.
- 14 ... non potest facere legem contra ius naturale, & gentium.
- 15 Libertas habitandi ubilibet non est tollenda per leges, sub pena.
- 16 L. Titio. S. Titio centum. ff. de condit. & demonstr. declaratur.
- 17 Ratio legis, quando est generalis, tunc casus legi habetur pro exemplo.
- 18 Modus adiectus, quando adimpleatur, prestando interesse.
- 20 Utilitas publica an, & quando sit preferenda privata.
- 21 ... privata quando praeferatur publica.
- 22 Ecclesia Romana in feudis Lombardis non indiget servitio personali.
- 23 Subditi Ecclesie Lombardia non sunt angarij, nec perangarij.
- 24 Angaria subditorum sunt prohibita de iure.
- 25 Subditi soluentes tributum, non possunt cogi ad servitium personalia.
- 26 Raro regulariter non exigit angarias a subditis.
- 27 Inconsuetudo, & cum angarijs, nihil operatur in prejudicium libertatis.
- 28 ... & quomodo sit intelligenda.
- 29 Rex in Regno non potest novas angarias indicere.
- 30 Principi recipiens tributum, de suis pecunijs debet defendere statum.
- 31 Libertus manumissus a domino non potest cogi, ut habitet in certo loco.
- 32 Argumentum de libertate ad vassallum, quando validum.
- 33 Libertus est magis obligatus domino, quam vassallus, vel subditus.
- 34 Homo alicuius est angarius vel perangarius.
- 35 L. pen. C. de oper. libert. declaratur contra modernos.
- 36 Argumentum de pacto ad legem aliquando non habet locum.
- 37 Vassallus non potest prorogare iurisdictionem alterius in prejudicium domini.
- 38 Bartol. in l. fina. ff. de decret. ab ordin. faciend. mala colligit notabile civitatis.
- 39 Iurium interpretatio, quando dicitur calumniasio.
- 40 Relatum non probat, quando non reperitur id, ad quod refertur.
- 41 Mercatores possunt prohiberi ne exercent mercatias in tali loco.
- 42 Doctores sunt intelligendi secundum alterum Doctorem, quem allegant.
- 43 Domicilium unusquisque potest sibi constituere in qualibet civitate.
- 44 Civitas originalis imitatur, si alibi constitutatur domicilium.
- 45 Domicilij locus magis attendendus quam locus originis.
- 46 Manera qui subire debet in loco originis, & in loco domicilij.
- 47 Argumentum de casu particulari, ad legem universalem, non procat.
- 48 Principi imperanti iniusta an sit obediendum.